18

# Sigismundus I. Rex Poloniæ Consiliarijs Regni Poloniæ

Rme in Chro pater sincere nobis dilecte, venerunt nunc ad nos Oratores Insignes Srmi Dnni Regis Galliæ, q inter cætera benivolentiæ in nos illius Mttis testimonia retulerit, qualiter adhuc vivente olim Cæsarea Mtte fuisset illius Mttas, p nonullos Electores postulata, ut ad Imperium succedere curaret. Post obitum vero illius Cæsareæ Mttis impensiq de ea re ipsa sollicitari, tanq eu Principe, qui inter cæteros nunc magis opibus, Gentibus et fortunata polleret, & q illius Mttas, ut Rei Chrianæ sua opera et psidecia comodare posset, nollet postulationi magnæ parti Elector deesse, sciens vero nos esse Tutores Srmi Dnni Regis Ludovici, q in differencia parili auctoritatem habet suffragio suo pro una parte determinandi, rogaverant nos illius Mttis nomine, ut hac in re illi adessemus proponentes nobis Conditiones, non vulgares de Mrioijs filiar nostar, et alijs quibuscumq modis vellemus, amicitiam et fœdus perpetuum, cum illius Mtte firmare, at qd totu, plena habent facultatem, Nos ut Prtas vra non ignorat, jam pridem ad postulationem olim Cæsareæ Mttis declaravimus nos pro Srmo Rege Hispaniæ, et Oratores nros in Augustam miseramus, ex alia vero parte nescientes quorsum hæc alea cadet, et multum interest nostram favorabilem habere Cæsareæ, cum propter res Prutenicas, tum alias nostras difficultates, sumus ancipites prorsus, qualiter nos in ea re gerere, et quod respondere ipsis Oratoribq debeamus

debamus. Cum itaq; negotium sit tanti momenti, significare id Prti vræ voluimus, hortamurq; illam, ut celeriter, et secretius nobis consilium et snijam suam perscribat, perpensis omnibus in tanta re circumstantijs, qualiter eos Oratores absolvere, nosq; in ea re gerere, et conservare cum dignitate nostra deberemus. Pro debito, et Prudentiâ sua factura. Quæ valeat feliciter.

S. I.